III. *Porcigliano. Decimo.*

Supra dedi inscriptiones extantes in praetorio fundi Castel Porziano (sive, ut appellabatur usque ad annum 1871, Porcigliano), quas vel certum vel verisimile est prodiisse ex ruderibus vici Augustani. Ab his separavi n. 2057—2062 in eodem fundo vel extantes vel olim descriptas, sed notas multo ante quam coeperunt effossiones vici Augustani, vel etiam propter alias causas (cf. n. 2058) a vico Augustano alienas. His adiunxi n. 2063. 2064 extantes Decimi, quae massa est vicina Castel-Porziano. Fortasse sepulcreta coloniae Ostiensis huc usque pertinuerunt. — Miliarios viae Laurentinae qui extant Decimi alterum Tiberii, alterum acephalum fortasse Maxentii, editos *bull. dell' Inst.* 1846 p. 120. 121 et in fine huius voluminis repetendos hoc loco commemorasse sufficit.

2057 cippus marmoreus. Locus non indicatur apud FEAM. Extat Castel Porziano in villa regis.

· D ❧ M ·
Q · SITTI ❧ QVIN
TILLI ·
urceus Q · SITTIVS · FLACCVS patera
TRIB · COH · II · VIG ·
ET · ANICIA · M · F · CAE
CILIA · FILIO · DVL
CISSIMO · FECER ·

Descripsit Bormann, recognovi ipse. Legitur in Feae schedis f. 110 manu ignota.

2058 cippus lapidis Tiburtini. Litterae minio inlitae et passim pessumdatae sunt. Castel Porziano in villa regis. — Separavi ab inscriptionibus vici Augustani, propterea quod ex his nulla minium passa est.

C ALBIVS SP
F COL CELER
C ALBIVS C L
STABILIO ///
ME::: ///LAT
HELENA IN
AGR P X IN
FRO P X

Descripsi.
3 fin. incertum utrum L an F. — 4 fin. nunc in lapide visitur D. — 5 dedi ut excepi; nunc in lapide picta sunt haec: METH□DAT.

2059 Porciliani in agro Ostiensi DON. Porcigliano MAGL. — Sine loco VAT. BARB. 29, 148.

D M
CORINTHIADI
V · ANNIS XV
M VIIII
SVLPICIVS PARIS
ET SVLPICIA
LAIS VERNAE
FECERVNT

Servavit, ut puto, Claudius Menestrier, cui nominatim refert Donius cod. Barb. p. 188, et ad quem possunt redire exempla anonyma schedarum Donii cod. Vat. 7113 f. 72, codicis Barb. 29, 148; codicis Magl. 28, 49 f. 56.

2060 Porciliani in agro Ostiensi DON., similiter MAGL. FABR. Sine loco, sed una cum n. 2059. 2062 VAT. BARB.

D · M
T · FLAVI · AVG · LIB
PHOEBI
OTHONIANI
M · METTIVS
TELESPHOR · ET
T · FLAVIVS · LEONAS
HER

Doni ed. 7, 165 (inde Mur. 1004, 3), qui citat Menestrerium; ad eundem fortasse redeunt exempla anonyma schedarum Donii cod. Vat. 7113 f. 72′, codicis Barb. 29, 148, codicis Magl. 28, 49 f. 56; Fabretti 319, 421 (inde Orelli 2756) auctore non laudato, sed omnino ex schedis Barberinis.
2 FLAVIVS Vat. Barb., FLAVII Magl.

2061 Porcigliano.

M · IVLI CRESCENTI
ANI QVI VIXIT ANN
XI MEN V DIES III M
IVNIVS DAMAS ET IV
LIA RVFINA FILIO DVL
CISS · FECERVNT

Legitur in codice Magl. 28, 49 f. 56 una cum n. 2059. 2060. 2062.

2062 Porciliani in agro Ostiensi DON., similiter MAGL. NIBBY; una cum n. 2059. 2060 VAT. BARB. — S. l. MALV. — Romae apud Fabrettum MVR. errore.

D · M ·
T · TERENTIVS · SECVNDVS
FECIT · SIBI · ET · TERENTIAE
AMPLIATIANAE · FILIAE · SVAE
ET · VLPIAE · FAVSTINAE · CON
IVGI · CARISS · ET · TERENTIAE
FAVSTINAE · FILIAE · DVLCISS
ET · LIB · LIBERTABVSQ · SVIS
POSTERISQ · EORVM

Doni ed. 10, 93, cui dedit Menestrier; ad eundem videntur redire exempla anonyma schedarum Donii cod. Vat. 7113 f. 72′, codicis Barb. 29, 148, codicis Magl. 28, 49 f. 56; Malvasia p. 251 iterumque p. 315, utroque loco laudans schedas Fabrettii (ex Malvasia et Donio Murat. 1562, 12); Nibby, qui dicit se vidisse, *diss. dell' acc. pont.* III p. 284, *analisi* 2 p. 601.

Versus aliter distribuit Malv. — 1 om. Malv. 251. — 4 AMPLITIANAE Malv. 315, AMPLIATAE id. 251. — LIB (pro FILIAE) Malv. 251, LIBERTAE id. 315. — 5 VVLPIAE Vat. Barb. — FAVSTINE Malv. 315. — 6 CARISSI Malv., CARISSIME Magl. — 7 FAVSTINAE om. Malv. 251. — F (pro FILIAE) Malv. — DVLCISSIMAE Magl. — 8 LIB Magl. Nibb., LIBERT Malv. 251, LIBERTIS Don. Barb. Malv. 315. — LIBERTABQVE Malv. 251, LIBERTABVSQVE Magl. — 9 POSTERISQVE Magl.

2063 magnus lapis marmoreus utrimque scriptus litteris bonis. In tenimento Decimi GALL. *Prima di salir al casale di Decimo si lascia a destra un casale pertinente alla tenuta di Porcigliano, dove dinanzi la porta, incastrato nel suolo ad uso di montatore è un pezzo di architrave di porta di un sepolcro appartenente alla gente Cestia* NIBB. Nunc in ipso Decimo intus in cavaedio.

a

C CESTIVS C L PRVNICVS FECIT · SIBI · ET
C · CESTIO · C · F · PRVNICO · FILIO
CESTIAE · C · F · FORTVNATAE · F
CESTIAE · C · L · FORTVNATAE CONIVGI
LOLLIAE · PRIMAE · MATRI
DIONYSIO · PTOleMAEI · F · FRATRI

b

C CESTIVS C · L · PRV
C · CESTIO · C FILIO
CESTIAE · C NATAE · F
CESTIAE · C NATAE · CONIVGI
LOLLIAE PRIMAE · MATRI
DIONYSIO · PTOLEMAEI · F · FRATRI

Descripsi. Galletti apud Marinium ms. Vat. 9120 f. 297; Poletti apud Amatium ms. 9742 f. 37′; ipse Amati (sched. non numerat.) de visu; Nibby *analisi* 1 p. 541 qui vidit anno 1823 iterumque anno 1834. Ex his solus Amati ms. utrumque exemplum descripsit; Poletti alterum descripsit, alterum memorat.
a 6 PTOLOMAEI Nibby solus, errore puto; in inscriptione *b* certe est PTOLEMAEI.